UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XVII. Avgvsti. S. Hieron.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. Hieron genere Scotus, ac nobilitate inſignis, cùm eſſet parentibus ſuis vnicus, nequaquam mundi illecebris detineri potuit, ſed Dei famulis ſe jungens, vniuscuiuſq; ſectabatur virtutes. Cumq́; ad presbyterij gradum ſuo merito conſcendiſſet, multos in Friſiæ partibus à diuerſis erroribus auertit ac liberauit. Demùm, prout optauerat, calicem paſſionis bibit, ſub perſecutione enim Danorum & Nordmannorum ad tribunal protractus, poſt flagella & carcerem, reliquaſq́; iniurias, enſe martyrium conſummauit. Caput eius eſt in *Nordvvick*, loco martyrij, corpus paulò poſt per diœceſanum Epiſcopum, & Theodoricum ſecundum Comitem Hollandiæ, accedentibus miraculis translatum eſt Egmondam in ſancti Adalberti monaſterium, præmiſſo ex more triduano jeiunio.

Feſtum valdè notum eſt Hollandis: multi enim eius beneficio res ſuas deperditas recuperarunt. Vnde verſus exſtat:

Rebus in amiſſis IERON ſæpiſſimè fulget.

Ex Mol. nat. SS. Belgij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. IERON MARTYR. ORD. S. BEN.

Nobilis Scotus, ſanctitate, ſacerdotio, Zelo animarum, & miraculis eximius. Natalis eius agitur XVII: Auguſti, in Nordwick diœceſis Harlemenſis, vbi à Danis & Nortmannis, circa annum DCCCLVI: pro Chriſto flagella, carcerem, aliaq; diu perpeſſus gladio occubuit.